

ADDITIONES.

Metum] Hic scias, quod metum iustum non iuducunt minas, nisi sic tribus concurrentibus, quod periculum comminatum sit magnum, puta de persona, vel de bonis: quod persona minans possit verisimiliter damnum inferre: tertio, quod minans sit solitus minas exequi. De omnibus istis vide per Rolandum in consilio 83. num. 23. Et de metu dixi in collecta mea commun. opinio. in verb. metus. Giachar.

QVÆST. LXXXVII.

QVÆRO, nunquid testamētum conditum per me-

1 Nunquid testamentum conditum per metum, &c. ] Hæc quæstio explicata est supra ad quæst. 1. num. 11. & aliquot subsequentibus. Adde tamen eadem de quæstione videndos, Iacobus Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. cent. 4. cas. 395. numer. 7. Fernand. Vasq. de success. creat. §. 17. num. 5. Michael. Grass. lib. 1. recept. sent. §. testamentum. q. 83. & Nicol. Reufnerum in tractat. de iure testator. part. 6. capit. 9. vbi & plures alios citat. Harpr. a tum a sit ipso iure nullum, an b autem veniat rescindendum ex capite meus & dixi infra, libro 7. §. metus. b Nullum. ] Commune dixi in collect. mea, versic. testamentum, num. 57. Giachar.

QVÆSTIO LXXXVIII.

SVM MARIA.

Ex Claro.

1 Vltima voluntas, an vitietur falsa latinitate.

Ex Additionibus.

1 Num vltima voluntas vitietur mala latinitate. 2 Ecquid testamentum perplexum censetur nullum. 3 Perplexitas quandam impossibilitatem inducit.

ADDITIONES.

1 Nunquid vltima voluntas, vel fideicommissum vitietur mala grammatica. ] Loco huius quæstionis, (quæ dubia non videtur: quid enim refert, utrum testator terse, & Latine, an uerò barbare, & uitiose loquatur: si modo alias de uoluntate eius rite, & euidenter constet?) 2 Quæri poterit: num ¶ Testamentum perplexum, (quod mirum adeo obcurum, & tortuosum est, ut certo sciri, aut intelligi non possit, quæ Testatoris uoluntas fuerit) ip-

QVÆST. LXXXVIII.

QVÆRO, nunquid vltima voluntas, vel fideicom-

so inre prorsus inutile, atque nullum censetur? Et nullum, atque inutile censeri, apparet ex l. Titius, 16. ff. de conditionibus institutionis. & l. si quis de pluribus, 27. ff. de rebus dubijs. 3 Eiusque ratio non obcura est: quoniam ¶ perplexitatis ratione impossibilitas quædam inducitur, quæ insolubilis est, & propterea actum uitiat, tradente Romano in l. unica, numero 24. uers. non obstat illud argumentum. C. quando nõ petentibus partes petentibus accrescant. Idque explicatius profequitur Reufner. in tracta. de iur. testam. par. 2. cap. 11. Harprec.

QVÆSTIO LXXXIX.

SVM MARIA.

Ex Claro.

1 Testamentum, in quo debita solemnitates non internenerunt,

an sit ipso iure nullum.

Ex Additionibus.

1 Vtrum testamentum, in quo debita solemnitates non internenerunt, sit ipso iure nullum. 2 Testamentum in dubio solemniter factum præsumitur.

ADDITIONES.

1 An testamentum, in quo non interueniunt debita solemnitates, sit ipso iure nullum. ] Quod ¶ eiusmodi testamentum regulariter ipso iure sit nullum, non dubitatur. Cui addendum est: coniecturam in dubio ¶ pro testamēto capi oportere, ut solemniter factum uideatur: & qui dicit non solemnē, uel non iure factum probare debet, l. si post diuisionem 4. & ibi glossa, Bartolus, Baldus, Iason, & alij. Codice de iur. & fact. ignorant. Alciatus in l. se-

QVÆST. LXXXIX.

QVÆRO, an testamentum, in quo non interueniunt debita solemnitates, sit ipso iure nullum; Respondeo, quod sic text. est in l. 1. ff. de iniusto rupt. Quæ autem sint solemnitates in testamento requisitæ, dixi sup. q. 35. & seq.

cunda, numero uigesimonono, C. de bonorum possess. secundum tabul. Idque fufius explanat Franciscus Mantica in Tractatu de coniectur. ultimatum uoluntatum, libro secundo, tit. 9. Harprec. b Inter liberos. ] Amplia dupliciter, atque limitata sex modis, ut per Ias. in dicta l. hac consil. triffima. §. ex imperfecto, columna prima, & 2. C. de testam. ment. Giachar. c Sustinetur. ] De testamento uero, quod est dementia testatoris dicebatur nullum, atque de illius ualiditate, uide per Riminald. Jun. conf. 376. Giachar.

QVÆSTIO XC.

SVM MARIA.

Ex Claro.

1 Ex Testamento minus solemnē an oriatur naturalis obligatio. 2 Et quid in legatis. 3 Et an legatarius eo casu possit retinere rem legatam, ope exceptionis. 4 Et an hæres teneatur in foro conscientia persolvere legata in

huiusmodi testamento relicta. 5 Et quid in hereditate. 6 Et an hæres scriptus possit eam remittere in foro conscientia. 7 Et quid si hæres aliquibus ex legatarijs legata persoluit, an possit cogi etiam alijs præstare. Ex Additionibus. 1 Testamento minus solemnē an oriatur naturalis obligatio. 2 Et an hæres teneatur in foro conscientia persolvere legata in huiusmodi testamento relicta.

QVÆ

ADDITIONES.

QVÆST. XC.

1 Minus solemnē. ] Sed quibus remedijs de beantur legata, & fideicommissa ex testamento haud solemnē, uide per Duran. de arte testandi, tit. 2. cautel. 3. per totam. Verum aduerte, quia testamento eodem non licet uti contrarijs remedijs uedum eodem tempore, sed nec diuersis. Qui ergo a principio agit tanquā heres directus, & tanquā testamentum ualeat, non potest postea agere iure codicillorum, uel fideicommissi. Ista regulā, cum quatuor limitationib. uide per Ias. in l. fin. C. de codicil. Giach. b Præter institutionē. ] Vt dixi etiam supra. q. 81. Giach.



Ed quæro, an testamētum minus solemnē, a vel alias in ualidum, sit adeo nullum, ut aliquē iuris effectum producere non possit? Respon. quod lex adeo fauet defunctorum uoluntatibus susinendis, ut non patiantur eorum dispositiones, etiam nullas, et inualidas, omni prorsus effectus carere, sed illis etiam præstat aliquod iuris somētum. Et in primis quidem uideamus, quod licet testamētum sit nullum ex causa præteritionis, uel ex hereditationis susinentione tamen omnia in ipso testamento contenta b præter institutionem, de quo late dixi supra q. 52.

1 Præterea ex testamento, uel vltima uoluntate minus solemnē oriatur naturalis obligatio. Ita tenet gloss. in l. 1. in gloss. 1. ff. de condit. indeb. & est communis opin. ut attestatur Alber. in l. cum quis. circa principium, C. de iuris, & facti ignor. Bald. in l. si post diuisionem facti in fin. C. de iur. & facti ignor. Corn. cons. 261. in littera Q. libro 1. & consilio 119. column. 8. in littera G. in libro secundo, in quibus consilio allegat Paul. de Castro idem attestant in l. 1. C. de fideicommiss. qui tamen in libro meo hoc nõ dicit, Socin. in d. l. 1. col. 2. uers. Circa secundum, ff. de codicil. indeb. Alciatus in c. nouit. post nu. 30. extra de iudic. Dicit etiam Ioan. Anni. ff. de leg. 1. quod ita dicunt communiter Doct.

2 Sed hæc quidem conclusio intelligenda est, ut procedat in legatis. Nam illa licet in testamento minus solemnē relicta sint, debentur legatarijs naturaliter. Et ita loquitur gloss. in d. l. 1. & est communis opin. ut dicit Ias. in d. l. c. quis, num. 9. & sequent. & in leg. plane. S. si contumacit. post numer. 15. de legat. 1. & consilio 82. col. penult. libro primo, quem refert Didaco in cap. cum eses, nu. 5. de testam. 4 Hinc infertur, quod si lega-

tarius possideat ipsam rem sibi legata in huiusmodi testamento minus solemnē, poterit illam retinere ope exceptionis. Ita tenet Bart. in l. nemo potest, num. 18. ff. de legat. 1. quem omnes Doctores sequuntur, ut dicit Capic. decis. 89. nu. 2. Et ita communiter tenetur, ut dicit Ias. in d. l. nemo potest, in 2. lect. num. 84. quem refert Ioan. Dilect. de arte testan. tit. 3. cautel. 3. num. 3. & Didacus in d. cap. cum eses: post num. 10. uers. 3. ex hoc. Hanc etiam opinionem dicit esse communem, Bertran. d. consil. 212. numero 19. libro primo, in 2. parte.

Secundo infertur, quod hæres tenetur in foro conscientia persolvere legata in huiusmodi testamento minus solemnē relicta. Ita tenet Abb. in d. cap. cum eses, numero 10. & sequenti, & est communis opin. ut attestatur Didacus in eodem cap. cum eses, post num. 5. Quæ tamen opin. fortissimis argumentis conuincitur à Didaco in loco præallegato, ut per te uidere potes: & certe si casus contingeret, facile posset sustineri contrarium.

Ceterum in hereditate secus est. Illa enim si relicta sit in testamento minus solemnē, non debetur heredi scripto, neque naturaliter: & ideo non potest neque ad illam consequendam intentare aliquam actionē: neque si illa possideat, retinere ope alicuius exceptionis, si heredes ab intestato illam petant: sed tenetur omnino eam illis restituere. Et hæc est communis opin. ut dicit Iason in d. l. nemo potest. in prima lectione, numero 75. & in d. l. si post diuisionem, numero quinto, & sequenti. Bertran. in d. consil. 212. numero 21. in fin. Ripa d. l. nemo potest, numero 202. Regulariter enim lex multo plus fauet susinendis legatis, quam institutioni heredis, ut de hoc multa exempla congerunt Doctores in locis præallegatis.

6 Sed quid si iste hæres scriptus hereditatem ipsam possideat, & heredes ab intestato eum non molestent, nunquid poterit illam retinere, & erit tutus in foro conscientia? Respondeo, quod sic: & ita concludunt Doctores, ut dicit Capic. in d. decis. 89. numero 3. Hanc etiam opinionem dicit esse communem, Ripa in d. l. nemo potest. numero 99. quæ tamen, (ut uerum fatear) mihi nunquam placuit: prout neque etiam placet Didaco, in lege cum eses, post numerum decimum, uersiculo sexto non possum. Si enim talis hereditas non est illi neque naturaliter debita: nõ uideo, quo iure posse debeat illam retinere, & hoc multo magis, si esset in mala fide, quia scilicet haberet scientiam nullitatis Testamenti, & certè non auderem pro hac parte consulere, saltem ante factum. Bene post factum possit retineri communis opinio, ut excusaretur ipse Hæres à restitutione perceptorum, maxime si fuisset in bona fide. Cogita.

7 Sed hic occurrit una quæstio, super qua proximis diebus fui interrogatus. Pone, Testator condidit Testamentum minus solemnē, & consequenter inualidum, in quo pluribus personis diuersa legata reliquit. Hæres scriptus, adita hereditate, nonnullis persoluit legata à Testatore relicta. Cum deinde alius ex legatarijs petere etiam ipse legatum sibi relictum, hæres opponebat Testamentum esse inualidum: quærebatur, an talis exceptio illi prodesset? Respondeo, quod sic: & consequenter

sequentibus. Harpr. d. Didacus. ] Latè Didacus. sententiā impugnant Fern. Vasqu. in tract. libro 1. §. 2. nume. 6. & 8. Hud. Zud. resp. pro uxore. nu. 41. Gouean. e Hæres tenetur in foro conscientia persolvere legata, &c. ] Quod ¶ hæres teneatur in foro conscientia persolvere legata, in testamento minus solemnē relicta, latissimè explicat Grassus, Mantica. Fachinaus, & alij locis præallegatis. Harprec.

Quod esse communem, Bertran. d. consil. 212. numero 19. libro primo, in 2. parte.

quod

f Quod non potest cogi. Ac ne quidem si vni partem legati exolverit, compelleretur ad reliqui solutionem, Corn. in l. non dubium. §. illud numero nono, C. de testament. Caphal. consilio 377. numero 51. 52. 53. 54. & sequenti, Volumine tertio. Gouean.

g Est communis opinio. Imò quod testamentum in alidum dicatur hæres approbare ex promissione, vel solutione si scienter id fecit, sciens dispositionem non valere: commune vide per Socinum in consilio septuagesimo nono, volumine quarto; & dixi in collecta mea communi opinione. in verbo Testamentum, numero trigesimo, veldicatur ignorantia iuris secus, si ducatus ignorantia, facti, quia tunc secundum d. gloss. & Doct. non dicitur approbare. Giach.

QVÆSTIO XCI.

S V M M A R I A. Ex Claro.

- 1 Testamentum contraria voluntate reuocatur.
2 Et an requiratur, quod fiat aliud testamentum solemnem.
3 Et quid si concludat cursus decennij.

ADDITIONES.

Nunquid ad reuocationem testamenti sufficiat, quod testator etiam coram septem testibus dicat, se testamentum condidisse, &c. Si testator simpliciter dixerit coram septem testibus, se nolle valere testamentum, neque vllam causam exprefserit: hoc casu testamentum non cenferi reuocatum, rectè Clarus hic nonster, post Bartolum, & alios ab ipso citatos, decidit. Hæcque decisio satis aperte probatur per textum in l. sancimus. 27. C. de test. vbi disponitur, licet coram actis, adeoque coram toto iudicio reuocetur prius factum testamentum: non tamen illud aliter infirmari, nisi & decennale tempus cõcurrat. Eisdem opinioni ad stipulatur Nicolaus Reufner. in tracta. de iure test. p. 6. c. 20. num. 26. & seqq. Tametsi contrariam sententiam veritatis, & aequitati magis esse consonam existiment Baldus in dict. l. sancimus. 27. nu. 2. Cod. eod. Barbat. conf. 90. num. 7. volum. 2. Grassius lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, quest. 84. nu. 2. vers. contrariam tamen partem, voluntat. libro 2. tit. 15. numer. 19. cum seq. Connan. libr. 9. Commentar. iur. ciuil. c. 7. nu. 4. & Thad. deus Pifo lib. 1. variar. resolut. c. 12. n. 51. vers. contrariam tamen partem, &c. Harprec.

Quod non. Aduerte tamen, quod si inter præcedens testamentum, & talem reuocationem intercesserit la-

sione, vel solutione si scienter id fecit, sciens dispositionem non valere: commune vide per Socinum in consilio septuagesimo nono, volumine quarto; & dixi in collecta mea communi opinione. in verbo Testamentum, numero trigesimo, veldicatur ignorantia iuris secus, si ducatus ignorantia, facti, quia tunc secundum d. gloss. & Doct. non dicitur approbare. Giach.

opin. & dicit Alex. in ead. l. non dubium. nu. 3. Quod nota, quia de facili quis responderet prima facie contrarium.

Et à quo tempore computandum sit huiusmodi decennium.

- 1 Si testator coram septem testibus simpliciter dixerit, se nolle valere testamentum, an hoc casu testamentum cenferatur reuocatum.
2 Sententia l. sancimus. 27. C. de testament.
3 A quo tempore decennium, ex cuius cursu dicitur reuocatum testamentum, computari debeat.

plus decem annorum, quod talis reuocatio facta coram non minus tribus testibus esse efficac. Vide per Alexan. eodem consilio 159. col. 2. qui etiam tenet, quod non sufficeret, reuocatio-

Et est communis opinio, ut dicit Alex. conf. 159. post nu. 8. lib. 7. Ruin. conf. 6. nu. 1. lib. 2. Rubens conf. 41. nu. 4. & 5. Soc. Iun. conf. 42. nu. 1. lib. 3. Non enim potest testamentum solènter conditum infirmari, nisi aliud testamentum conditum sit ex quo hæreditas adiri possit.

Bene verum est, quod si cui huiusmodi reuocatione coram testibus saltem tribus facta concurrat perseverantia longi temporis, & sic cursus decennij, utique his concurrentibus censetur reuocatum primū. Text. est singularis in l. sancimus. C. de testam. & est communis opinio, ut dicit Alex. in d. l. sancimus, post nu. 8. vers. ff. extra glo. Bertr. conf. 213. nu. 3. lib. 1. in 2. parte.

Sed nunquid istud tempus decennij est computandum, ut currat à die conditi primi testamenti, an autè à die reuocationis? Resp. quod est computandum à die conditi primi testamenti, ita quod si talis reuocatio fiat intra decennium à die conditi primi testamenti, nihil operabitur. Ita dicit gloss. in d. l. sancimus. in gl. fin. quam Doct. magis communiter sequuntur, ut dicit Ias. in ea l. sancimus. nu. 15. Et hæc opinio communiter tenetur attestatur Ruyner. in d. conf. 6. nu. 2. illam etiam dicit esse magis cõem Gubelm. de Bened. in 1. par. rep. c. Raynuiunt, fol. 158. nu. 8. in fin.

ta, numero quarto, versic. sed aduerte, &c. Harprec.

QVÆSTIO XCII.

S V M M A R I A. Ex Claro.

- 1 Si testator coram septem testibus reuocet testamentum, quia

ADDITIONES.

QVÆSTIO XCII.

Via volo decedere intestatus, &c. Quando testator coram legitimo numero testium reuocat testamentum, & exprimit causam quia scilicet vult decedere intestatus; tunc per hoc tacite eum videtur instituisse, siue vocare legitimos heredes, venientes ab intestato, adeoque prius testamentum infirmari communiter Doct. vltra Clarum nostrum, & ab eo hic relatos, tradunt, quos sequuntur Michael Grass.

dicat se velle intestatum decedere, an id sufficiat. Ex Additionibus.

- 1 An infirmetur testamentum, quando testator coram legitimo testium numero illud reuocat, & exprimit causam: quod scilicet vult decedere intestatus.
2 Qui Auctores contrarium defendant.

precedens conclusio communiter limitatur, ut dicit Bertran. consil. 12. post num. 2. lib. 2. in 2. part. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alexan. in d. l. sancimus, num. 9. & conf. 30. num. 3. lib. 3. quem refert Dec. conf. 582. num. 1. & Bertr. conf. 25. in princ. lib. 3. in 1. part. Ioan. Dilect. de arte testam. tit. 10. cau. 3. num. 2. & Didac. in rub. de testament. in 2. parte, post numerum 11. vers. sexta conclusio, Natta in d. authen. hoc inter, numero 11.

lib. 1. recept. sent. §. testamentum, quest. 84. nu. 5. Franc. Mantie. in tract. de coniectur. vlt. volut. lib. 2. tit. 15. nu. 18. & Thad. Pifo lib. 1. var. resolut. c. 12. nu. 50. Verum si contrarium haud sine ratione, post Paulum Castrẽsem, & Fulgof. in l. sancimus 27. C. de test. defendit Fachin. lib. 4. controuers. iur. cap. 8. & D. Collega Bocerus class. 3. disputat. 9. th. 21. edit. 2. Idque & nos comprobauimus in §. ex eo autem. Instit. quib. mod. test. infirm. nu. 4. & 5. Harp.

QVÆSTIO XCIII.

S V M M A R I A. Ex Claro.

- 1 Si testator testamentum à se conditum incidat, vel cancellet, annullatur illud testamentum.

ADDITIONES.

QVÆST. XCIII.

Via testamentum à se prius conditum incidat, vel cancellet. Si testamenti tabula, aut instrumenta mutentur conuulsa, quod accidit vel reuocato. l. 1. §. sed consil. 3. ibique Cuiac. ff. de his, qui in testam. delent. l. pen. §. vlt. ff. de bon. poss. secund. tab. l. vlt. ff. de iniust. rupt. irr. fact. testa. l. penult. C. de test. vel resignatione. l. ad testium 22. §. si signa. 3. & l. seq. ff. qui test. fac. poss. d. l. pen. C. de test. vel deletionem. l. 1. §. si heres. ff. si tabul. test. null. extab. d. l. 1. §. sed consil. & l. 2. in princip. ff. de his, que in test. delent. testamentum rumpi atq; infirmari. communis conclusio est. Eamque rem copiosius explicat Reufner. in tract. de iur. testamentor. par. 6. cap. 25. per tot. Quod si non totum testamentum, sed eius pars delecta sit; in reliqua voluntate testamentum consistit: et si heredum institutio sit induta, & legata tantum salua relicta. d. l. 2. & 3. ff. de his, que in test. delent. l.

- 2 Et an eo casu hæreditas applicetur fisco, vel venientibus ab intestato. Ex Additionibus.

- 1 Si testator testamentum incidat, vel cancellet, an & quatenus illud infirmetur testamentum.
2 Et eo casu num. vitietur testamentum ipso iure, an ope exceptionis.
3 Item eo casu cui hæreditas applicanda veniat.

Sed quæro, an in casu huiusmodi cancellationis, vel incisionis testamenti per testatorem facta, hæreditas transeat ad venientes ab intestato: an autem applicetur fisco, tanquam si heredes a testatore fuissent reputati indigni, & consequenter sufficiens ea ab illis auferre possit? Resp. quod si apparet de voluntate testantis, illa attendi debet. Ita communiter dicitur, ut ait Crauet. conf. 228. n. 1. Hanc tamen intelligo, ut procedat in testamento condito in scriptis, sed si esset testamentum nuncupatiuum in scriptis redactum, prout hodie communiter testamenta conduntur, & testator forte habens a Notario exemplum authenticum illud incidere, vel cancellare: non crederem hoc solum sufficere ad annullandū, vel reuocandū ipsum testamentum. Bene verum est, quod si testator ipsum exemplar, seu originale existens apud Notarium cancellari faceret, crederem tale testamentum prorsus reuocatum, & annullatum cenferi debere, dummodo legitime appareret cancellationem coram seipsum testibus factam fuisse ex iussu ipsiusmet testatoris.

cum tabulis 16. §. vltim. ff. de his, quib. vt indign. aufer. Duaren. in Cõment. ad tit. ff. de iniust. rupt. irr. fact. testament. cap. 5. Et hic addendum est: per istam hæc rescissionem, incisionem, vel cancellationem non vitari testamentum ipso iure, sed ope exceptionis, per notata gloss. Bart. & aliorum in d. l. 1. ff. de his, que in testam. delent. Vafq. de success. resolut. §. 8. nu. 35. Grassius lib. 1. recept. sent. §. testamentum, quest. 85. num. 1. Thadei Pifonis lib. 1. variar. resolut. cap. 12. nu. 43. & Dauthij in explicatione l. hæredes palam 21. nu. 14. ff. qui test. fac. poss. Harp. b An autem applicetur fisco, &c. Cui nam hæreditas delecto, vel cancellato testamentum, applicari debeat, post Clarum hoc loco nostrum, dilucide explicat Franc. Mantie. in tract. de coniectur. vltim. vol. lib. 12. tit. 1. num. 31. Grassius d. §. testamentum, quest. 85. num. 3. Dauth. in d. l. hæredes palam 21. nu. 17. ff. qui test. fac. poss. & Pifo dict. lib. 1. cap. 12. num. 47. Harprec.